Chądzynski Consorti Suae Reformat

1119.

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Premyslien Nobilis Joannes Chądzynski olim Mlis Arnolphi Chądzynski cum Mli Anna Slonska procreatus filius Sanus mente et corpore exens A Terris Dictis Juribus Jurisdictionibus Suis quibuscunque proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero Castrensi Capitan Premyslien Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum Successoribus ac bonis Suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando et subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Zophiae Zielinska Generosi Stanislai Zielinski cum Gnosa Anna Walowska procreatae filiae Summam Quingentorum Duodecem florenorum Polonicalis ratione verae dotis et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae Necnon aliam similem Summam Quingentorum Duodecem florenorum Polonicalis ratione veri et liquidi dotalitij in et super tota et integra Medietate bonorum Suorum Recognoscentis Generorum et obligatoriorum Mobilium et immobilium Summarumque quarumcunque pecuniariarum Necnon auri argenti Clenodiorum vestium vestimentorum pecorum pecudum Equiteae totiusque Supellectilis domesticae nunc habitae et in posterum habendae dedit dotavit dotalitiavit in sorte ipsi et reformavit prout dat dotat dotalitiat instituit et reformat praesentem Per ipsam Nobilem Zophiam Zielinska Consortem suam et eius Successores eandem Medietatem bonorum Suorum generaliter Omnium Interiorum praesenti Reformatoriae obnoxiorum cum Universis utilitatibus et usufructibus tenendi habendi et possidendi illis quiete et pacifice utifruendi ac ad usus suos et suorum Successorum quosvis bene placitos libere et effectualiter Convertendi vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et diuturnis in Regno observari solitarum Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa Omnia Mediante

Kulczycki Kulczyckiemu Cedit

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren